codicibus Græcis eſt τὸν Κύριον, & in Latinis, *Dominum*, quo etiam pacto legit Auguſtinus; & in Commentario Hieronymus, Caſſiodorus, Remigius, aliique, & ex Græcis Clemens *a* Alexandrinus, & Pſalterium Romanum ac Ambroſianum. Videtur porrò *quærere Deum*, idem valere quod colere, ac ejus in omni re voluntatem nutumq; ſpectare, & expectare, ut ſolent ſeduli famuli. Unde quod in proverbiis *b* habetur *Multi requirunt faciem Principis* מבקשים *mevakſchim*, Græcè eſt θεραπεύουσι *colunt*. Iſaias *c* monet: *Quærite dominum dum inveniri poteſt, invocate eum, dum prope eſt.*

a Strom. 7. cap 5. b c. 29. 26. c cap 55. 6.

Quærentium faciem Dei Jacob.) Hieron. *Quærentium faciem tuam Jacob*, ex Hebræo פניה *panecha*. Scholion quoque Græcum citatum in editione Lxx. Sixtiana, teſtatur ipſoſmet Lxx. Symmachum, Aquilam, V. & VI. editionem reddidiſſe πρόσωπον σοῦ Ἰακώβ Sed in nullo ex collatis codicibus, aut editionibus repertum eſſe. Facile fuit, ut in פניה *panecha* ultima littera per compendium deſignaret nomen יהוה *Jehovah*. Cajetanus Hebræam ſecutus lectionem exponit, quod generatio electorum quærat non ſolum Deum, ſed B Meſſiam quoq; ex ſemine Iſrael, ſive Jacob, cujus dicatur *facies*, quia præcipua res eſt illius populi ſumme deſiderata & ab ipſis, & ab univerſo humano genere; Meſſiam vero ipſum hic loqui, reſpondendo interrogationi priùs factæ à populo illo. Bredembachius juxta eamdem Hebræam editionem vult eſſe apoſtrophen ad ſingularem illam perſonam, hoc ſenſu, *Hæc eſt generatio quærentium eum*, ſcilicet Deum, vel montem Domini, locumque ſanctum ejus, quærentium faciem tuam o Jacob, quam nempe tu vidiſti, luctatus cum Angelo, & ſalvus factus es, ac nomen loco impoſuiſti *Phanuel*, dicens: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea* d. Addit tibi typum fuiſſe incarnationis filii Dei, qui eſt facies Patris: Chriſto per crucem victore, quando ſemur ejus obſtupefactum eſt *e*, moriendo ſolem nobis ortum eſſe, ſciſſo ac remoto velo *f*, perfectioris cognitionis de Deo. His Arias tradit ſimilia. Genebrardus: *quærentium faciem tuam*, ſupple, (o Deus:) *Jacob*, ſupple, (in Jacob) ideſt, in Eccleſia, vel, quærentium faciem tuam o Jacob, hoc eſt, o Eccleſia, cœtuſq; Iſraelitarum in ſpiritu. C Nec verò ceteri, qui perſiſtunt in editione noſtra diverſam afferunt valde analogiam cum Jacob.

d Gen. 32. 30 e Ib. 26. f Mat. 27. 51

Græci apud Euthymium docent, ſermonem eſſe de quærentibus *faciem Dei Jacob*, ideſt, Chriſtum, qui eſt facies Dei *Jacob*, hoc eſt, populi Hebræi in tribus diſtincti, quarum caput Jacob, colentis Deum Patrem, ideſt, ſolam unam perſonam. Vel de quærentibus in beatitudine videre Deum *facie ad faciem*. Clemens *g* Alexandrinus *faciem* quoque de Chriſto accipiens, qui appellatur propterea character, ſive typus gloriæ Patris, exponit de illis qui ultra fidem, in hac vita quærunt cognitionem, quæ eſt firma ac ſtabilis demonſtratio eorum, quæ aſſumpta ſunt per fidem.

g 7. Strom.

Theodoretus atque Baſilius quærentes Deum Jacob, ſumunt de colentibus unum ac verum Deum, rejecto aliorum falſorum cultu, ſicut nempe veram iſtam religionem profitebatur populus Hebræus, cujus Jacob princeps, ſive Iſrael: à quo & Iſraelitæ denominati. Origenes intelligit de deſiderio viſionis Dei, quæ poſt hanc dumtaxat vitam contingit.

Latini videntur interpretari de cupientibus à Deo ſibi intra Eccleſiam faveri, eo modo quo favit Deus, Jacob, primatum ei tribuendo, qui debebatur majori fratri Eſau. Adjungi reliqua poſſunt de myſticæ ſcalæ viſione præfigurante incarnationem: de lucta victoriaque cum Angelo, & ex Angelo Deoque; qua re deſignabatur triumphus Chriſti poſt mortem: de voto; ac de religioſo cultu Dei, quæ res vigent in Eccleſia maximè: de ſupplantatione, qua ſupplantavit fratrem *h*.

h Gen. 27. 36

Verſ. 8.) Attolite portas principes veſtras, & elevamini portæ eternales: & introibit Rex gloriæ.

IN fine præcedentis verſus eſt סלה *ſelah*. & διάψαλμα, de quibus alibi dictum. Inter alios hunc habere poteſt uſum hoc loco, ut, quia, quanta ſit felicitas Dei, A videre faciem, conſequi fando lingua, mens cogitando non valet, id quoad licet, meditemur, eoque cuncta referamus, ne à tanto bono excidamus.

Verſum autem iſtum, qui repetitur etiam poſtea, Hebræi, & Vatablus, Agellius, Clarius, Lyranus, de Arca explicant, quando poſt multas veluti peregrinationes, per deſertum in Galgala, in Silo, in terram Philiſtinorum, in Bethſames, in Cariathiarim, in domum Obededom, in civitatem David *i*, tandem in templum, quod extruxit Salomon illata eſt. Quum in arca peculiari modo habitare cenſeretur Deus, per proſopopœjam dirigitur oratio ad portas templi ut rei celebritas lætitiaque magis exaggeretur, dum finguntur portæ ipſæ inanimatæ conveniri, ab illis reſponderi: ſic ergo intelligunt, provocari portas, ut ſeſe, ac ſuos quaſi vertices, capitaque erigant, ſive ut latior capaciorque, liberior ac latior Arcæ, Deoque habitatori Arcæ, pateat aditus, ſive ut glorientur, &, quod dici ſolet, ſeſe efferendo, capita uſque ad ſidera tollant, quod per eas tam ſacra res, ipſeque B Deus intrare dignetur. Sic enim pſalmo vidimus tertio *k exaltationem capitis* de geſtiente lætitia dici. Huc facit, quod in Argumento, ex nonnullorum ſententia, retulimus, clauſas portas in ingreſſu Arcæ ultro adapertas fuiſſe. Juſtinus *l inſipientes* nominat, qui non in Chriſtum hæc dicta dicant, ſed in Salomonem, quum tabernaculum teſtimonii in templum à ſe ædificatum inferret; nempe ita ut regem virtutum, qui paullo poſt hic nominatur, Salomonem eſſe aſſerant.

i 3. Reg. 7 & 1. k verſ. 4. l in Tripho.

Quare Catholici ſolidiùs veriùſque accipiunt iſta de Chriſto vel ingrediente Jeruſalem, cum triumpho: vel debellante Dæmonas in deſcenſu ad inferos: vel in cœlum aſcendente: vel impedimenta Dæmonum eorumdem, aliaque removente, quo minus verbum prædicationis (quod *oſtium apertum* vocat Paulus *m*,) liberè in homines ſubeat, & ſermo Dei currat *n*: & habitare volente in monte locoque ſancto Eccleſiæ ſuæ inter innocentes manibus, mundo corde, &c. ut eos præſentia, & ſuis ornet muneribus: vel de ingrediente mundum iſtum per incarnationem.

m Cor. 16. 9. 2. Cor. 2. 12. Coloſſ. 4. 3. n 2. Theſ. 3. 1

C Primum ſenſum jam in Argumento dixi eſſe Burgenſis, & à Thoringo confutari. Secundùm reperimus apud Chryſoſtomum *o*, probantem ex hoc loco, quod Chriſtus deſcendens in Infernum, omnes diſturbavit, & tumultu turbationeque impletam arcem deſtruxit, & has eſſe portas æreas confractas, vectes ferreos contritos *p*. Valentia idem ſentit in Commentario, & Trevetus, Hieron. & Dionyſius Carthuſianus, & Gloſſa, quam citat Galatinus *q*.

Chryſoſtomi ſententia. o Hom. quod Chriſtus ſit Deus. p Iſa. 45. 2. Pſ. 106. 16. q lib. 6. c. 9.

Eodem referri poteſt poſt infernum ſic ſuperatum reſurrectio, quando velut alter Sampſon portas ipſas inferni quodammodo abſtulit *r*, ut Gregorius *ſ* notat. Innuit eumdem ſenſum hoc loco Hieronymus. Præterea Athanaſius *t*, & Vincentius *u* Bellovacenſis, qui has ipſas voces prolatas in Inferno ſcribit: item Chryſologus *x*. Sed & Eccleſia favet recitans in ſecundo Nocturno Sabbati ſancti Pſalmum iſtum cum antiphona verſus iſtius.

r Jud. 16. 3. ſ Hom. 21. in Evang. t Orat. 4. con. Aria. u Par. Hiſt. l. 7. cap. 60. x Serm. 65.

Nullus vero ſenſum magis amplificat quam Epiphanius *y*. Exercitus Angelorum comitantium Chriſtum, D ducem facit Gabrielem, qui ediderit, ut ipſe loquitur, vocem iſtam omnino Evangelicam, planè militarem, gravem, quiddam leoninum ſonantem: poſt eum Michaelem dixiſſe: *Elevamini portæ æternales*: tum alios, *Faceſſite hinc improbi portarum cuſtodes*. Exponit deinde; Tollite portas ex ipſis fundamentis, eradicate, transferre, neque poſthac ampliùs claudite. Præterea ait imperari ut tollant portas, non quaſi non clauſis queat intrare portis Dominus, aut non per ſeipſum aperire, ſed velle Dominum ut ipſimet quaſi fugitivi ſervi Dœmones hac in re famulentur, auferendo, transferendo, comminuendo. Item non plebis præcipi, ſed principibus. Ad hæc vim facit pronomine, *veſtras*, quaſi dicatur ipſis, in poſterum non aliorum, nempe juſtorum, qui erant in limbo, ſed veſtri tantum principes eritis: immo nec veſtri quidem. Subdit, ut portas tollant, quoniam adeſt Chriſtus cœleſtis janua, *& Domini Domini exitus mortis* z, quum fecerint illi introitum ad mortem, niſi maturent tollere, imperaturos ut ſponte ſua ſeſe ſubmoveant.

y Orat. de Sepul. Chr. z Pſ 67. 21.

Tertius

Tertius eſt Græcorum, Didymi, Baſilii *a*, Theodoreti, Euſeb. Origenis, Nicephori, Euthymii. Volunt loquentes introduci Angelos, qui Chriſto in terra miniſtrabant, ſimulque cum eo aſcendebant, ac præibant, & jubebant, & jubentes aliis Angelis, qui cœlorum aditum ſervabant, ut tollerent portas, quibus præerant, & quarum erant principes, ne in poſterum ullo modo clauſæ eſſent, ac ne eſſent quidem.

a Hic & 1. cont. Euno.

Præter Græcos hos expoſitores Pſalmorum, ita quoque declarant Juſtinus *b*. Auctor *c* Operis Imperfecti, Cyrillus Alexandrinus *d*, Athanaſius *e*, Nicetas *f*, Dionyſius *g*, Nazianzenus *h*, & alibi rurſus Origenes *i*, & Euſebius *k*, Cyrillus *l* item Hieroſolymitanus, Irenæus *m*, Chryſoſtomus *n*, Nyſſenus *o*.

b con. Tryph. & Apolog. 2 c Homil. 3. in Matth. d l. 3. Theſa. c. 2. e 1. & 2. con. Arian & Ep. de conc. Arim. & Seleuch. f 3. Theſ. c. 1. g Cæl. hier. c. 7. h Orat. 2. de Paſcha. i Tract. 15. in Matth. k Epiſt. ad Conſtantinum in 7. Syno. Act. 6. l Catech. 14. m l. 4. c. 66. n Orat. 4. de Aſcenſ. & hom. 2. in Acta, & ho. 2. in Ep. ad Epheſ. o Orat. de Aſcenſ.

Ex Latinis ita quoque intellexit Tertullianus, *p* Cyprianus, vel Ruffinus in Symbolum, Iſidorus *q*. Ambroſius *r*, Hieronymus *ſ*, Auguſtinus *t*, hoc item loco Trevetus. Adde præterea Rabbi Samuelem *u* Marrochianum, & Julium *x* Firmicum.

p in Scorp. c. 10. & de Fuga in perſecut. c. 12 de Coro. militis c. 14 & 5. con Mart. c. 27. q de Nativ. &c. c. 56. r De Inſtit. virg. c. 5. 4. de Fide c. 1. de Init. c. 7. ſ Epiſt. 142. & in Iſ. c. 63 t Ser. 178. de Temp. u l. de Advent. Meſſiæ c. 12 x de Erro. prof. Relig. c. 25

Quartum tradit Auguſtinus in expoſitione Pſalmi, ut quicumque principatum in hominibus quærunt, au- B ferant, ne impediant aditus, quos ſtatuerunt, cupiditatis, & timoris: & eleventur portæ æternales, aditus æternæ vitæ, renuntiationis ſæculo, & converſionis ad Deum. Eodem fere modo Remigius, Haimo, Beda, Thomas, Hugo Cardinalis. Auctor *y* quæſtionum Veteri & Novi Teſtamenti, Bruno, & alii, item Ambroſius *z*. Ruffinus ait, præcipi principibus, qui ſuum bene regunt corpus, ac in ſervitutem redigunt *a*, cuſtodire portas ſenſuum, ut aperiantur Deo, claudantur Diabolo: elevare æternales, quæ ſunt virtutes, per quas ingreſſus æternæ patriæ aperitur. Caſſiodorus præcipit ſcribi auferri portas mortis, quæ à Diabolo poſitæ ſunt ad excludendum regis Domini ingreſſum: æternales elevari, quæ ad ſalutem ferunt remedia à Chriſto inſtituta.

y Qu. 111. z in Pſ. 37. a 1. Cor. 27 b Supra. c in c. 2. Zachariæ. d in l. Judi. c. 5.

Arnobius vult ſermonem eſſe de auferendis portis principis noſtri prævaricatoris Adam. Ambroſius *b* de parandis, & aperiendis pulſanti Chriſto portis noſtris, quum præeuntes, ac præcurrentes miniſtræ poteſtates monuerint: & *portas principes* dici eorum, qui ſe bene C regant.

Quintus aſſignatur à Hieronymo *c*, qui docet myſterium incarnationis aſſumptæ ignoratum fuiſſe ab Angelis nonnullis, de qua re poſtea. Conſentit Iſidorus *d*, & Cyrillus Alexandrinus in Catena Barbari in Pſalmum quadrageſimum ſextum. Favet Eccleſia, quæ in Miſſa Vigiliæ Nativitatis recitat hoc Offertorium: *Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Quaſi quoque alludatur ad apertionem portarum cœleſtium, & diruptionem cęlorum, tum per incarnationem, tum per nativitatem, quando introducto Unigenito Dei in orbem terrarum *e*, juſſi Angeli omnes deſcenderunt, ut adorarent eum. In Graduali quoque Miſſæ feriæ quartæ Quatuor Temporum in Decemb. & B. Virginis tempore Aventus idem recitatur.

Myſterium incarnationis aſſūptæ ab Angelis nonnullis ignoratum. e Heb. 1. 6 Pſ 9. 6. 8 f l. 3. Apol. pag. 306 g l. 6. c. 9

Accommodat ſexto Eccleſia in officio de Dedicatione templi, ad portas, & ad templa noſtra ritè conſecrata, & in quæ peculiari quodam pacto feſtinæ admittitur Deus, ſicut, propria quodam ratione magis coli- D tur. De hoc loco lege Leonem Caſtro.

Ex ſenſibus iſtis meliores magiſque litterales ſecundus, tertius, quintus, maximè tertius, qui eſt etiam plurium. Incidentes porrò hic difficultates expediemus in enucleatione verborum iſtius, ac ſequentium verſuum, & alium aliquem ſenſum indicabimus.

Attollite portas principes veſtras.) Hieron. *Levate portæ capita veſtra*, ita ut ſit apoſtrophe ad portas ipſas. Patitur tamen littera Hebraica hanc verſionē noſtram, ut etiam notat Galatinus *g*, etſi malè negat de principibus. Idem Hieronymus *h* legens alibi: *Tollite portas principes veſtras*, teſtatur Aquilam legiſſe: *Attollite portæ capita veſtra*: ἄρατε πύλαι κεφαλὰς ὑμῶν. Legit quoque *i*: *Levate portæ principes veſtras*. Ruffinus *k* vero, Ambroſius *l*, Iſidorus *m*, Julius Firmicus *n*, *tollite*. Idem Ambroſius *o*, *principes veſtri*, explicans *p* de principibus, ac miniſtris Diaboli in terris, ut auferant portas principis ſui Diaboli de mentibus ſuis, per quas multorum Deorum aſſerendorum error intravit. Ultimam item lectionem ſequitur Caſſiodorus, Tertullianus *q* & Cyprianus *r*, *Auferte portas principes veſtras*: Irenæus *ſ*, qui Latinè videtur ſcripſiſſe, exponit, *aperite portas* Rabbi Samuel Marrochianus *t*: *O magnates aperite portas principatus veſtri*. Chaldaicè: *levate portæ domus ſanctuarii capita veſtra*: Quæ interpretatio juvat primum antea recitatum Hebræorum ſenſum. Hebræum verbum שאו ſeu à נשא *naſa*, & Græcum ἄρατε ab ἄιρω poteſt ſignificare tùm *auferre*, tùm *elevare*, quibus quoque modis Latinos aliquos reddidiſſe modo retuli. Latinum item verbum *tollite*, utramque ſignificationem habet, ſed, *attollere* quo utitur editio noſtra propriè tantum ſignificat *elevare*, & *exaltare*. Præterea nomen שערים *ſchharim* verti poſſet in Nominativo & Accuſativo caſu, nempe, (Attollite portæ, aut portas) Hieron. vertit, *portæ*, ſed Græcè, & Latinè eſt caſus obliquus *portas*, πύλας. Poſtremò ראשיכם *raſchechem* à ראש *roſch*, cum affixo כם *chem*; *capita veſtra* in Accuſativo reddit Hieronymus, & Aquila φαλὰς ὑμῶν. LXX. in recto, οἱ ἄρχοντες, *principes*. Interpres noſter, B *principes veſtras*, quam interpretationem Galatinus *u*, ut dixi, malè negat Hebræam litteram pati. Tunc vero ſubaudiendum eſt ad aliquos eſſe ſermonem, qui præſint portis principibus, ita ut portæ ipſæ cum epitheto cognominentur *principes*, quemadmodum poſtea *æternales*. Igitur *attollere portas principes* ſive præcipuas, & majores, erit adhuc majores efficere quod ad pompam & majeſtatem pertinet ingredientis cum copioſo comitatu. Vel erit planè totas pandere, non ex parte tantum quadam.

h Epiſt. 142 i in Iſ. c. 63 & in Jer. c. 1 & in Zach. c. 2 K in Symb. l in Pſal. 37 m In l. Judic cap. 5. lib. de Nativ. c. 56 n l. de Error. profana rel. c. 25 o In Ep. ad Eph. c. 3. De Init. c. 7. de Juſt. Virg. c. 5. p in Ep. ad Eph. c. 3

q in Scorp. cap. 10 r 2 con. Jud. cap. 10 ſ lib. 4. c. 66 t De Adv. Meſſ. c. 10 u lib. 5. c. 9 Galatinus improbatus

Si vero alteram ſequamur notionem verbi Hebræi, Græcique, penitus auferendi, denotabitur, cœlum regrediente Chriſto, portas ipſius non aperiri dumtaxat, ſicut apertæ ſunt, quando baptizatus eſt *x*, ſed ita aperiri, ut non claudantur ampliùs, immo nec illis deinceps opus ſit. Hoc Auctor *y* Operis imperfecti diſerte annotat. *Non unus homo*, inquit Ambroſius *z*, *ſed totus in omnium Redemptore mundus intrabat*. Majorem viam quærebant aliquam revertenti, adeo nihil, exinanitus, amiſerat. Idcircò videlicet patientiores por- C tas oportuit eſſe, aut omnino etiam tolli, & auferri. Vidit Joannes *a* duodecim portas à quatuor mundi plagis, quæ numquam clauderentur. Nolebat Nehemias *b* aperiri portas Jeruſalem *uſque ad calorem ſolis*, hoc eſt, Chriſti charitatis lumine ac fervore præſtantis. Ad hæc, quia Hebræorum idiomate *portæ c*, ſicut & *ſedes d*, pro indicibus uſurpantur, principibuſque, quo pacto in Threnis *e* Hieronymus, ac Thomas, aliique interpretantur, nec ullæ ſunt apud nos, ut apud Ethnicos, ut acutè Tertullianus *f* notat, poteſtates janitrices, Cardea Forculus, Limentinus, Janus: de quibus præterea Cyprianus *g*, Arnobius *h*, Auguſtinus *i*: liceret exponere, dirigi à Vate ſermonem ad cęleſtes illos Thronos, Principatus, & alios Angelorum ordines, provocando ut ſeſe attollant, ut tollant, ideſt, ſubmoveant, ac, ut vulgo dicitur, in alas ſeſe diſponant, ut triumphatorem medium excipiant, honorificèque deducant. Item retinendo, *capita*, attollere capita portæ jubebuntur, nempe qui portas cuſtodiunt, ut vehementer lætentur, trita ſatis Hebræis phraſi. Sic D explicat Guidacerus.

x Mat. 3. 16 y Hom. 4. in Mat. z 4. de Fide. cap. 1 a Apoc. 21 25 & 21 b 2. Eſd. 7. 3 c Mat. 16. 18 d Pſal. 12. 5 e cap. 2. 9 Acuta Tertulliani obſervatio. f in Scorpiaco, c. 10. de Idol. c. 15 g de Idol. vanit. h 4 con. Gen i 6. de Civit. c. 7

Sed communior viget opinio, Angelos Angelis loquentes induci, vel bonos malis in deſcenſu Chriſti ad inferos, ut in ſecundo dicebatur ſenſu; prætereaque juxta quartum, ut arceantur, qui ſpiritualem adventum impediunt: vel bonis bonos in aſcenſu ejuſdem in cœlum: nec non in incarnatione, prout habet tertius, & quintus. Chryſoſtomus *k* omne hoc imperium, quod fit Angelis, attribuit Spiritui Sancto, nec non totum reſponſum, quod hic deſcribitur. Faciunt alii loquentem Chriſtum de ſeipſo in tertia perſona, ut Julius Firmicus *l*. De aſcenſione Chriſti interpretatur Cyrillus Hieroſolymitanus. *

K Orat. 4. de Aſcenſ. l de Error. prof. relig. c. 25 * Cath. 14

Jani in urbe porta clauſa erat, niſi quum bellum eſſet: parta Chriſtus victoria rejecerat inferni & cęli portas, ex illis emittens, in iſtas immittens, & admittens. Multo ſolemnior formula, quam Gentilia illa *m*: PACE TERRA, MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT: Potuit hæc uſurpari: PACE TERRA, MARI. COELO, INFERNO PARTA, INFERNUM

Jani porta Romæ clauſa niſi belli tempore. m Criſſen. in formul. l. 1 Num. 128.

COE-

COELUMQUE APERUIT. Sed quia pugna adhuc bellumque, donec ponantur inimici *ſcabellum pedum* Chriſti *a*, dici poteſt, quod

diſcordia b *tetra*
Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.

Sed confidite, ait Chriſtus c *ego vici mundum: Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum* d. Triumphantibus arcus erigebatur, ideſt, ingens, & arcuata porta, per quam ſubirent, & tranſirent. Non alius Chriſto arcus, quam ipſimet Angeli in coronæ modum deducentes, &, pro arcu portaque, remotio portæ fuit, tamquam generali Domino. Quemadmodum ingreſſo in Jeruſalem, ſubſtratum, non impoſitum conopœum *e*, utpote cujus cœlum ſedes *f*, terra, quæque in ea ſunt, ſcabellum pedum ipſius.

Neapolim Nero albis equis introiit disjecta parte muri, ut mos erat Hieronicarum. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam: & Romæ diruto Circi maximi arcu per velabrum, forumque, palatium, & Apollinem petiit, ut Suetonius *g* prodidit. B Plutarchus *h* autem ſcribit, triumphantibus permiſſum, partem muri dejicere: quod ſignificaret non magnopere civitati muro opus eſſe, viros habenti, qui pugnare poſſent, & vincere. Hoc de ritu Petrus quoque Faber *i*. Aſcendit Chriſtus *pandens iter ante* juſtos de limbo extractos: *diviſerunt, & tranſierunt portam, & egreſſi ſunt per eam, & tranſivit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum k*. Alia ratio reddi poteſt, cur *attolli* & *elevari* dicantur *portæ*, non autem vel aperiri vel auferri: quoniam portæ cœli non ſunt ut noſtræ parieti affixæ ad latera, mobiles, ſed tamquam in tecto, aut laqueari: & idcirco ſurſum verſus aperiendæ. Sic vero juxta editionem Hebræam intelligemus juberi ut portæ elevent capita ſua, qui tunc attollantur earum partes extremæ, quæ ſunt capita illarum. Si de templo Salomonis interpreteris, hic quoque ſenſus ut ad portas perductum ædificium, attollat faſtigium, & creſcat opus quam primum: quod enim poſtremo loco in ædificiis fit, facies eorum eſt, ac portæ. Ita quidem peregrinus Herus.

Quæri ſolet, Angeli ne illi, quibus alii denuntiaverunt, ut attollerent portas, & ſciſcitantibus quis eſſet rex gloriæ, reſponderunt, revera ignorarent quod quærebant: quæſtioque eſt tam de bonis, quam de malis. Dionyſius, omneſque in tertio ſenſu allati, videntur ignorantiam illis tribuere: ſicut & illud apud Iſaiam *l*; *Quis eſt iſte qui venit*, &c. Certum cenſetur, Angelos beatos à principio ſuæ beatitudinis cognoviſſe myſterium incarnationis, & quæ ad illud pertinent; quia Chriſtus conſtituendus erat rex caputque gloriæ etiam Angelorum *m*: omnes hi adminiſtratorii ſunt, miſſique in miniſterium propter homines, qui hæreditatem capient ſalutis *n*: iſtam verò nullus, niſi per incarnationis myſterium conſecutus eſt: prophetæ illud myſterium cognoverunt: revelationes autem prophetis per Angelos factas probat Dionyſius *o* Areopagita: nec ignoraverunt Angeli adeò diſertas de hoc myſterio Scripturas, poſtremò etiam naturaliter, ex ſalutatione Gabrielis *p*: ex his quæ acciderunt in nativitate, ut quando ipſimet Angeli natum hymno celebraverunt *q*: ex D doctrina, & miraculis, ex morte, deſcenſu ad inferos, liberatione juſtorum colligere potuerunt, Chriſtum Deum & hominem eſſe. In Chriſto etiam poterant, niſi impedirentur, cognoſcere, non eſſe ſubſiſtentiam creatam: bonos vero non eſt credibile impeditos, ſed ſolos malos.

Quocirca Proſopopœja hæc tota vel admirationem Angelorum, vel ſtudium celebrandi Chriſtum continet, ut etiam docet Auguſtinus *r*, & Cyrillus *ſ* Alexandrinus, atque hoc loco Trevetus; vel David ipſe, ſicut & Iſaias, ad amplificationem, ut fit, dialogiſmos componunt, & non quid revera Angeli, ſed quid ipſimet animo conceperint de dignitate Chriſti, ejuſdemque aſcenſione, expreſſerunt. De Angelis, quum adhuc eſſent in via, dubitatur etiam: videnturque nonnulli negare ſubſtantiam ipſam incarnationis revelatam: ſunt prætèrea qui à Beatis aliquandiu ignoratam velint. Ad nos id nunc non pertinet. Lege Gabrielem Vaſquez *t* noſtrum, qui fatetur ingenuè, ita quoſdam Patres opinatos:

a Pſ.109.1. 1.Cor.15.25
b Horat.l.1. Satyr.4.
c Joan.16.33
d 1.Cor.15.57
Triumphantibus arcus erecti.
e Mat.21.8 & ſeq.
f Iſa.ult.1. Mat.5.34. & alibi.
Neronis Neapolim introitus disjecta parte muri.
Hieronicarum mos.
Neronis Romam introitus.
Triumphantibus cur licuit partem muri dejicere.
g in Nerone c.25.
h 2.Sympoſ. probl. in 9.5
i 2..Aug.c.10
k Mich.2.13
Quæſtio hoc loco de Angelorum inſcitia aut non.
l Iſa.63.1.
m Eph.c.20 & ſeq.
n Hebr.1.14.
o Eccl.Hier. cap.4.
p Luc.1.28. & ſeq.
q infra 2.14 & ſeq.
r Serm.5.de Aſcenſ.ſive 78 de Temp.
ſ In Iſa.2.63
t 1. p. diſp. 215.

præterea Sebaſtianum *u* Barradium. Theodoretus nolentibus inſcitiam in Angelis admittere: aliter hic reſpondet, quemadmodum ſuperiùs doctrinam de moribus Pſalmographus formaverat: *Quis aſcendit*, &c. tali nunc uti ſermonis figura: nec ob ignorantiam eos, qui dicuntur interrogare, id facere, ſed omnes homines hoc præconio aſcendentis imperium doceri.

Tropologias variarum portarum leges apud Philippum *x* Greve, apud Ambroſium *y*, quo pacto bene cuſtodiendæ ſunt portæ noſtræ, ut quum venerit Chriſtus, & pulſaverit, dicant miniſtræ poteſtates. *Tollite portas principes veſtras*, ideſt, qui benè voſmetipſos rexiſtis, ut in animas veſtras Chriſtus ingreſſus ſit. Alia quadam ratione Nicetas *z* Nazianzeni ſcholiaſtes ad mores hoc ipſum accommodat *Portæ* quidem ſenſus, at potiſſimum intellectus, voluntaſque.

Elevamini portæ æternales.) Hieron. *Elevamini januæ ſempiternæ*. Tertull. *a*: *Subleventur portæ æternæ*, vel *ſempiternæ*. Cyprianus *b*: *Extollimini portæ æternales*. Julius *c* Firmicus: *Extollite vos portæ æternæ*, Ambroſius *d* vult priore membro ſermonem fuiſſe de portis Diaboli, quia temporales ſint, quia omnis fallacia tempore clauditur, *iterque impiorum peribit* e. Æternas eſſe veritatis, ac juſtitiæ: quoniam *veritas manet in æternum f*, & per eam juſti intrant in regnum Dei *g*, *quod numquam corrumpetur* h.

Si de cœlo etiam loquamur, non magis æternæ portæ ipſius quam ipſummet cœlum, eademque ratio de portis limbi. Æternæ ambæ, quia perdiù ante clauſæ, quibus longè anterior, qui condidit illas Chriſtus, ut Athanaſius *i* argumentatur, non potuit aperire, niſi conditor earum, qui clavem geſtabat David *k*, nec alius flammeum *l* valuit, verſatilemque gladium à paradiſi aditu removere.

Introibit Rex gloriæ. Hier. *Ingredietur*. Tertull. *m*, *Intrabit*. Cyprianus *n*, *Rex claritatis*. Ex iſto epitheto, & ex alio, quo vocatur *Dominus virtutum*, paſſim colligunt divinitatem Chriſti, maximè Juſtinus *o*, Cyrillus *p* Alexandrinus, Athanaſius *q*: qui etiam probat ex eo; quod *Dominus gloriæ* crucifixus dicitur *r*, unamC que gloriam ait eſſe omnium perſonarum, quia ſcriptum eſt *ſ*: *Gloriam meam alteri non dabo*, utpote quod non ſit alter Deus Filius à Patre, nulli gloria niſi Deo deferenda. *Chriſtus Dominus, omnibus*, ait Didymus *imperat, qui ſunt in gloria; ab omnibus glorioſus; prædicatur: verum ac legitimum regnum habet: gloriam dignis hominibus impertit*. Lege quæ capite ſeptimo Actuum Apoſtolorum notata ſunt, ut nominatur *Deus gloriæ* t. Inde, ac ex præſenti loco, & quia Joannes *u* ait viſam eſſe à ſe, & aliis gloriam Chriſti, & Paulus *x* vocat etiam *Dominum gloriæ*, Euthymius *y* colligit, quando Chriſtus oravit *clarificari* z, non petiiſſe acceſſionem gloriæ, ſed humanæ ſalutis conſilium patefieri.

u Tom.2. Harm. l.5. cap.10.
Tropologia
x Serm. 30. in Pſalmos.
y In Pſal.37
z Orat.2.de Paſcha.
a In Scorp.c. 10. De Fuga in perſec.c. 12.
b 1.con Jud. cap.29.
c De Errori. profa. relig. cap.25.
d In c.1. ep. ad Epheſ.
e Pſ.1.6.
f Pſ.116 2.
g Pſ.118.20
h Dan.2.14
i Ser.4. con. Arianos.
K Apoc.3.24
l Gen.3.24.
m In Scorpia cap.10.
n 2.con.Jud cap.19.
Divinitatē Chriſti unde colligit Juſtinus & alii.
o con.Tryph
p 2.in Joan. c.135.
3.Theſ.c.2. 7.
q De Incarn Chriſti.
r 1.Cor.2.8.
ſ Iſ.42.8.c. 48.11.
t verſ.2.
u c.1.14.
x 1.Cor.2.8.
Ab Euthymio collecta ex hoc loco.
y Panopl.p.1 tit.11.
z Joa.17.1.5

Verſ.9) Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens: Dominus potens in prælio.

JAm dictum ſatis de perſonis dialogi; quidque valeant interrogatio, ac reſponſio: & verè ne dubitaverint atque ignoraverint Angeli hoc ipſum, quod quærere cenſentur. Plurimi ex antea citatis Patribus hoc præſeferunt, quidamque diſertè tradunt; præſertim Hieronymus, Chryſoſtomus *a*, Ambroſius Alexandrinus, Euthymius etiam hoc loco, & Theodoretus, hicque & Theophylactus, ac Oecumenius in caput tertium Epiſtolæ ad Epheſ. nec non Nyſſenus *b*, Julius Firmicus *c*, qui non de ſolis circumſtantiis, ſed de ſubſtantia ipſa myſterii videntur loqui. Quod nonnulli è Patribus dictum ſumunt, aut de ſpectatis ſecundum naturale ſolum lumen Angelis, aut de ſcientia experimentali, quæ longe poſt acceſſerit: ſed Patres abſolutè loquuntur.

Non caret veriſimilitudine, iſtas percunctationes ac reſponſiones, neſcio, quid olere militarium in triumphis acclamationum: nam, ut ait ille *d*,

Conſuevere jocos noſtri quoque ferre triumphi.

Legi hi joci, & acclamationes, convitiaque poſſunt apud Dionyſium *e* Halicarnaſſeum, Dionem *, Livium

a Supra, & Traſ. in Evang. Jo. & ho. 7. in c.3. Ep. ad Eph.
b Hom.8. in Cant.
c De error. prof.relig.c. 25.
d Marcial. lib.1. Epig. in 5.
e lib.7.
* lib.43.

um *a*, Svetonium *b*, Paterculum *c*, Plinium *d*. Collegit iſta *e*. Itaque vates ea interrogatione in morem veluti jocantis, & imminuendo exaggerare volentis, dignitatem triumphantis Chriſti magis declarat. Simili quodam modo Chriſtus Joannem laudans multa quærit *f*: *Quid exiſtis in deſertum videre*, &c.

Ceterum ſimilis huic interrogationi, illique quæ eſt apud Iſaiam *g*: *Quis eſt iſte qui venit de Edom*, &c. alia de ſponſa in Cantico Canticorum *h*, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto?*

Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.) Chaldaicè, in ſecundo membro, *Dominus noſter virtutis*, ſive *fortitudinis*, *faciens bellum*. Reſponſio hæc eſt Davidis; quem ita quoque in inferno ipſo reſpondiſſe, quando illuc deſcendit Chriſtus comminiſcitur, ut prædixi, Vincentius *i* Bellovacenſis; vel Spiritus ſancti, ut placet Chryſoſtomo *k*; vel Chriſti ipſius, dum Chriſtus aſcendit, ut Julius *l* Firmicus tradit; vel ut alii paſſim docent, Angelorum ad alios Angelos.

Exponit Chryſoſt. rationes Epithetorum iſtorum, quia vicit Chriſtus prælium, armavit ſe adverſus tyrannidem diaboli in humano corpore: tela ejus ignea extinxit: Infernum ſpoliavit: victor evaſit, reſurrexit: errantem ovem in humeros ſuos gaudens revexit *m*. Bernardus *n* *fortem* vocari notat, uno ex nominibus ab Iſaia *o* recitatis, quia nos in tribulatione protegit, & aerias poteſtates arcet à nobis, ac repellit. Hic fortior, qui *fortem* ſuperavit *armatum*, ſpolia ejus diripiens *o*, hic mortuus ex infirmitate *p*, queſtuſque à Deo *q*, ſive, ut Pſalmo vigeſimo primo *r* vidimus, à forti ſuo derelictum. Tertull. *ſ*, qui legit, *Dominus validus*, *Dominus potens in bello*, militarem & armatum bellatorem Chriſtum affirmat, qui bellum ſpiritale adverſus ſpiritales hoſtes ſpiritali militia & ſpiritalibus armis ſpiritaliter debellaverit; idque præ ſignificatum illa in uno homine multitudine Dæmonum, qui ſe profitebantur legionem *t*; cum ultimo autem hoſte morte præliatum, per trophæum Crucis triumphaviſſe.

Ruffinus *u* verba iſta non propter divinitatis potentiam, ſed propter novitatem carnis aſcendentis ad dexteram Dei prolata obſervat. Si voluiſſet, exhibita Chriſto adverſus cohortem, quæ venerat, ut comprehenderet eum, *pluſquam duodecim legiones Angelorum x*. Militibus crucifigendus datus eſt bellator fortis, & pugnator *y* potentiſſimus accinctus gladio ſuper femur ſuum *z*. Joanne fortior Baptiſta *a*, fortique armato *b*, cujus deſcribit Habacuc *c* fortitudinem: *Cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. Ante faciem ejus ibit Mors, & egredietur Diabolus ante pedes ejus*, Denique *Confidite*, ait, *ego vici mundum d*.

Potens hoc loco *δυνατὸς* גבור *ghibbor*, juxta vim nominis Hebræi ſignificat valdè robuſtum, quem appellant etiam heroem, qui viribus inſignis vincere multos valeat. Somniant Hebræi Meſſiæ ſuo cruenta bella, triumphoſque militares externos, ſicque rubra accipiunt ejuſdem veſtimenta hoſtium ſanguine *e*, gladium ſuper femur, ſagittas acutas *f*: confractionem regum, capitum conquaſſationem, ita ut liceat de torrente bibere *g*, qui ſanguine occiſorum redundet: bellum cum Gog & Magog *h*. Agnus eſt Chriſtus *i*: rex conſtitutus eſt ad prædicandum *k*, *ut percutiat virga oris, & interficiat ſpiritu labiorum l*; neque *calamum* quidem *quaſſatum conterat*, aut *linum fumigans extinguat*, *vox ejus non audiatur foris* m. Salvat Dominus nos *in Domino Deo noſtro, non in arcu, gladio, bello* n, ut primum inivit pretium, natus pacem evangelizari voluit *o*, quum pax etiam orbe toto vigeret externa: mediuſque inter pacis animalia, bovem, aſinum, conſequutus eſt *p*, Triumphans ante poſtremum certamen, non equo, qui bello inſervit, ſed aſino, vectus eſt *q*, velut rex manſuetus *r* diſſipans *arcum belli*, loquens *pacem Gentibus* ſ; *in ſanguine teſtamenti ſui emittens vinctos, de lacu* t: *auferens bella uſque ad finem terræ: arcum conterens, confringens arma, ſcuta comburens igni* u: ut oriatur *in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis* x: quum *deſcendet ſicut pluvia in vellus y*, abſque ſtrepitu. *Nova bella eligit Dominus* z, ejuſdem contra ſeipſum, & contra intimos, & maximè neceſſarios.

Arma militiæ hujus *non carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum* a: non armatus noſter David Saulis armis, ſed baculo, fundaque *b*, proſtra-

a lib.4.5.10. 39.
b In Jul.c.49 & 51.
c lib.2.
d lib.19.c.8.
e In Formulis lib.4.pag. 394.& 3.5.
f Mat.11.7. & 8.
g cap.63.1.
h cap.8.5.
i lib.7. c.60. Patris hiſtor
K Ser.4. de Aſcenſione.
l De erroribus profan. relig.cap.25
m Luc.15.5. Mat.18.12.
n Serm. 10. ex parvis.
o c.9.6.
p Luc.11.21
q 2.Cor.11.3 4.
r Mat.27.45
ſ v.2.
t 4.con.Marcio c.20.
u Luc.8.30.
Ruffini obſervatio.
x Mat.26.53
y Exod.15.2
z Pſ.44.4.
a Mat.3.11.
b Luca 11.21 & ſeq.
c c.3.4.& 5.
d Joa.16.33
e Iſa.63.2.
f Pſ.44 7.
g Pſ.109.7.
h Ez.38.& c.39.
i Iſa.53.7. Jer.11.19. Jo.1.29.
K Pſ.2.6.
l Iſa 11.4.2. Th.28. Apoc 19.28.
m Iſa.42.2. & ſeq. Mat. 12.19.20.
n Oſea 1.7.
o Luc.2.14.
p Iſa.1.3.
q Zach.9.9. Mat.21.5.
r ibidem, & Zach.9.9.
ſ Zach.9.10.
t ibidem.
u Pſ.45.10.
x Pſ.71.7.
y ib.6.Jud.6. 47.& ſeq.
z Jud.5.8.
a 2.Cor.10.4
b Reg.17.39 49.50.

vit gigantem Diabolum, & rubricatus proprio ſanguine, poſtquam torcular calcaſſet ſolus, talique formoſus ſtola gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ *c*, regreſſus eſt in cœlum.

Deſcribit noſter Barradius *d* Meſſiæ prælia quatuor in cruce; contra dæmonas, mortem, peccatum: deinde adverſus idololatriam: poſtea in Antichriſtum: tandem adverſus impios omnes, quos orco damnabit. Dignus autem lectu Epiphanius *e* ſumma deſcribens elegantia ultro citroque habitos in inferno ſermones Angelorum bonorum, malorumque, & quæ boni pro poteſtate ibi egerint in gratiam Chriſti. Tertullianus *f*, per accommodationem videlicet, ait videri poſſe Pſalmi locum iſtum de bello eo pronuntiaſſe, quo cum legione dæmonum Chriſtus dimicavit *g*.

c Iſa.63.1.2 3.
Meſſiæ prælia quatuor in cruce.
d Concord. To.1.l.2.14.
e Orat.de ſepult Chriſti.
Sermones bonorum & malorum Angelorum in inferno habiti in deſcenſu Chriſti.
f 5.con.Mar. c.20.
Tertulliani accommodatio.
g Luc.8.30.

Verſ.10.) Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

B *Verſ.11.*) Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

NOn egent uberiore tractatione verſus hi duo penè iidem cum prioribus duobus. Putant aliqui priùs actum de introitu in infernum, hic de ingreſſu Chriſti in cœlum. Plures eodem repetitionem iſtam pertinere arbitrantur, præſertim ad aſcenſionem. Sed aliqui has voces Angelorum, qui didicerant à comitantibus Chriſtum, volunt eſſe ad alios adhuc ſuperiores.

Probabiliùs dixi, Davidis verba eſſe, internum ſuum animi ſenſum ea ratione depromentis. Certè prodiit obviam Chriſto totus Angelorum numerus: nec facile creditu, ſciviſſe prius inferiores myſteria, quam ſuperiores, hoſve de iſtis edoctos ab illis. Quæ concedere debent qui ad modum dictum de Angelis ita inter ſe revera colloquentibus philoſophantur, & veram in iis de Chriſto dubitationem admittunt. Sicut nec Nyſſeno *h* conceſſerim, Davidem hæc ſcribentem Angelis C doctiorem fuiſſe. Cunctatio nulla in aperiendo: ſed quæ videtur eſſe, ſicut & dubitatio, arguit incredibilem admirationem, & quaſi ſtuperem de tanta humanæ naturæ, carniſque ſupra cœlos, & Angelos ipſos exaltatione: ſicut cum Rhode Petro aperire noluit revertenti de carcere *i*.

Attollite portas principes veſtras.) Hic varias Chaldæa paraphraſis: *levate portæ horti deliciarum capita veſtra*.

Dominus virtutum.) Hieron. *exercituum*, *τῶν δυνάμεων* צבאות *Tſebaoth*. Audito hoc nomine (videlicet ut uno ex propriis Dei) poteſtates, ait Chryſoſtomus *k*, concordibus vocibus ſolita glorificatione exclamantes cum gaudio Dominum ſuſcipiebant, & deducebant uſque ad excelſum, & altiſſimum thronum, dexteramque Patris. Non ſatis aptè quidam *l* niſi ſenſu accommodationis, *virtutum* nomen de moralibus intelligentes, notant non fortitudini, & potentiæ æternæ, ſed dictis virtutibus una cum Theologalibus cœlum aperiri: & eumdem eſſe dominum gloriæ, qui eſt dominus D illarum virtutum, ut *m*, *Gratiam, & Gloriam det Dominus*, &, *Gratia Dei, ſit vita æterna* n. Ut fortis ac potens admiſſus Chriſtus in cœlum eſt, tamquam, conſecutus præmium heroicorum operum ſuorum, ut præcedentes verſus denotant, & Baſilius *o* docet: alius modo titulus ponitur, quoniam nunc, ſemperque natura ſua Dominus erat virtutum, etiam Angelicarum, quæ inter creaturas primum tenent locum. Non dixit: Factus eſt dominus virtutum, & rex gloriæ, inquit Cyrillus Alexandrinus *p*. Sed hic, qui eſt nunc, & olim erat Dominus virtutum, eſt rex gloriæ. Si ergo id erat olim, & ante incarnationem quod modò eſt, non abſque impietate mutationis dicitur ſuſceptivus.

Vox Hebræa, quam Latinè *Sebaoth* exprimimus, de cœlis, ſtelliſque dicitur, de quibus & militia, non tantum de Angelis, à quodam ornatu, ornatave compoſitione, & diſpoſitione, quæ in his maximè apparet. Docet Hieronymus *q*, ubicumque LXX. Interpretes Dominum virtutum, & Dominum omnipotentem expreſſerunt, in Hebrœo poſitum eſſe *Dominus Tſebaoth* צבאות, & Aquilam interpretari *Dominum militiarum*. Aut

a præ-

h Orat. De Aſcenſ.
Nyſſenus Davidem hæc deſcribentem, Angelis doctiorem pronūtians.
i Act.12.13
K Serm.4.de Aſcenſ.
l Ber. Ser. in Pſ.90.
Expoſitio minus probata.
m Pſ.83.22.
n Rom.6.23.
o Ho.in Pſ.44
p 3.Theſ.c.2
Impietatis verba.
q Ep.142.

a Ep.136. b in Zach. c. 2. & in c. 9. Ezech. c Matt. 28. 18. c. 2. 27. d Jo. 17. 10.

a præterea unum hoc eſſe de decem nominibus Dei, & pariter LXX. *Dominum exercituum*, Aquilam, *Dominum militiarum* tranſtuliſſe. Rurſus *b* ſcribit, reddere LXX. παντοκράτορας, *Omnipotentem*: & ubicumque *Dominus virtutum* de Chriſto dicitur, omnipotentem eum debere intelligi, cui tradita omnis *poteſtas in cœlo, & in terra c*, dicitque *d*: *Omnia quæ Patris ſunt, mea ſunt*, ac proinde Deus ex Deo, Dominus ex Domino, lumen ex lumine, ex omnipotente omnipotens.

e c. 6. 5. f 3. de Spiritu S. c. 12. 2. de Fide, c. 4. l. 4. c. 1. g 29. Mor. c. 28. h Orat. 4. de Theologia. i Hæreſ. 26. k in Catena 11. & 5. con. Celſum. m de Conſen. Evang. c. 29. n Div. Offic. o in Expoſ. Miſſæ. p 7. Orig. c. 1. q 2. de Ritib. c. 31. num. 31.

Idem nomen accinunt uni, ac trino Dei Angeli, ſicut audivit Iſaias *e*. Legendi Ambroſ. *f*, Gregorius *g*, Nazianzenus *h*, Epiphanius *i*, Severianus *k*, Origenes *l*, Auguſt. *m*, Alcuinus *n*, Florus *o*, Iſidorus *p* aliique vel in Iſaiam, vel in Tractatibus de Officiis, aut ritibus divinis, & Eccleſiaſticis, maximè Joannes Stephanus *q* Durantus. Tradunt verò Alcuinus, Severianus, Auguſtin. & Florus, *Dominus virtutum*, & *exercituum*, ac *militiarum* dici, quia omnis militia cœleſtis exercitus, omnes ſupernæ virtutes, atque Angelicæ poteſtates ejus imperio ſubjacent, ejus ſerviunt voluntati: Angelicos Spiritus rectè dici *militiam*, quia decertare eos contra poteſtates aereas non labore, ſed imperio novimus.

Argumentatio Ambroſii ex hoc loco pro Deitate Chriſti. r 4. de Fide c. 1. ſ v. 12. Fabula Gnoſticorum & aliorum de Sebaoth. t Hæreſ. 40. & 26. u in Tryph. x Luc. ult. 26.

Ambroſius *r* argumentans ex hoc vocabulo pro Deitate Chriſti, monenſque in quibuſdam codicibus legi hoc loco, quod *Dominus Sebaoth* ipſe ſit rex gloriæ, meminit, interpretes alicubi *Dominum virtutum*, alicubi, *Regem*, alicubi *Omnipotentem* interpretatos. Eadem de voce Sebaoth egimus Commentario ad Pſal. LXVII. *ſ* quem jamdudum edidimus. Fabulas Gnoſticorum, & Archonticorum, aliorumque Hæreticorum de Sebaoth prætermitto, de quibus Epiphanius *t*, nempe eſſe Judæorum Deum Patrem Diaboli.

Ipſe eſt Rex gloriæ.) In emendatis Sixtianis Græcis: Αὐτὸς ἐστὶν οὗτος. *Ipſe eſt iſte*, quo ferè etiam pacto Juſtinus *u*, αὐτὸς οὗτος. *Intravit Chriſtus in regnum ſuum paſſus multa priùs, & in gloriam ſuam x*. In Hebræo adjungitur סלה *ſelach* à Hieron. *ſemper*: Chaldaic. לעלמים *lebhalemim*, *in ſæcula*. Illud quum ſit in fine, ſequitur non habere ſemper vim nectendi poſteriora prioribus. Verùm hac de re dictum aliàs. Monet nos ea particula regem Meſſiam animo contemplari eumdem Deum & hominem, atque adeuntem regni cœleſtis poſſeſſionem cum triumpho poſt pugnam.

PSALMUS DECIMUS. QUARTUS.

1 In finem, Pſalmus David.
2 AD te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.
3 Neque irrideant me inimici mei: etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur.
4 Confundantur omnes iniqua agentes ſupervacuè.
Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.
5 Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſalvator meus, & te ſuſtinui tota die.
6 Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſeculo ſunt.
7 Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.
Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
8 Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
9 Dirigit manſuetos in judicio: docebit mites vias ſuas.
10 Univerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus:
11 Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.
12 Quis eſt homo qui timet Dominum: legem ſtatuit ei in via, quam elegit:
13 Anima ejus in bonis demorabitur, & ſemen ejus hæreditabit terram.
14 Firmamentum eſt Dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius ut manifeſtetur illis.
15 Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.
16 Reſpice in me, & miſerere mei: quia unicus & pauper ſum ego.
17 Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
18 Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte univerſa delicta mea.
19 Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.
20 Cuſtodi animam meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.
21 Innocentes, & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te.
22 Libera Deus Iſrael, ex omnibus tribulationibus ſuis.

TITULUS.

Verſ. 1.) Pſalmus David.
Ad te Domine levavi animam meam.

Pſalmus hic ſine inſcriptione apud nonnullos.

TItulus nihil proprii habet, niſi quod Hebraicè Pſalmi nomen non exprimitur, neque Chald. Quin etiam teſtis Euſebius nihil fuiſſe inſcriptum; ſed à ceteris Interpretibus dictum dumtaxat τοῦ Δαβίδ. Apud Theodoretum: Εἰς τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, & ita non pauci Latinis codices habent. *In finem Pſalmus David*. Quo item pacto legit Auguſtinus, & Latini alii.

ARGUMENTUM.

Pſalmus hic ſola precatio. y 2. Reg. 14. & ſeqq. z ad Marcel.

VErſantis porrò in maximo periculo, valdèque ab inimicis vexati, precatio eſt, utque condonet Deus peccata pro miſericordia ſua, & vias demonſtret, quas nec denegare ſoleat peccatoribus indicare, qui demiſsè ſe cum illo gerant, eumque timeant. Ad extremum orat etiam pro populo toto. Idcirco ſuſpicatur Lyranus in titulo neque Pſalmum additum, neque canticum, quod neutrum propriè ſit: ſed ſola precatio. Quia verò poſt peccata tribulationes acciderunt à filio Abſalone *y*; ad hoc tempus videri maxime poteſt hic Pſalmus ſpectare, non quando Saul eum perſequebatur. Volunt alii convenire populo afflictio in Babylone. Cuilibet certè quadrat calamitatem patienti pro peccatis. *Si inimici tibi imminent*, inquit Athanaſ. *z*, *tu tamen erige animum ad Dominum, & die vigeſimum quartum Pſalmum, & videbis inimicos fruſtra agere.*

Primus Pſalmus ex Alphabetariis. Defectus literarum trium in eo.

Primus eſt hic Pſalmus ex alphabetariis, quorum verſus incipiunt à litteris juxta ordinem alphabeti Hebræi, tametſi tres deſint litteræ (ב) & (ו) & (ק) ſed verſus 18. & 19. initia ſunt à (ר) ultimi à (ר) primum ac ſecundum, ut hodie diſtinguunt Hebræi, inchoant ab א. Caſſiodorus ait deeſſe ſolùm ſextam (ו) & decimam nonam (ק). Idem affirmat Lyranus. Sed quum ſint viginti duo verſus, quod litteris alphabetum conſtat, geminari litteram (ר) & à littera (פ) principum denuo ſumi verſus ultimi præter decimum ſextum.

a Ep. 106. Pſalmi Alphabetarii. b Ep. 155. c in Pſ. 118. Interrupti hoc Pſalmo alphabeti ratio.

Trevetus negat ſecundum verſum incipere ב, quod etiam Bredembachius contendit. Vatablus adſcribit litteram (ב) & (ו) fortaſſis ob iſtam cauſſam, quòd nempè ſit interruptus, neque continuatus alphabeti litterarũ ordo. Docuit Hier. *a* Pſalmos alphabetarios eſse 36. 110. 111. 118. 144. quamquam diverſo ſcribantur metro, quãvis alibi *b* prætermittat 36. & Hilar. *c* tradat de ſolis 111. 112. 118. Rationem Caſſiod. interrupti, ac imperfecti alphabeti aſſignat quòd qui continent integrum alphabetum, indicent juſtos perfecta meritorum devotione laudes Dei cantantes; alii, eos quibus non adeò omnium bonorum operum arridet integritas. Tales poſteriores hujus generis eſse Pſalmos 33. 36. 144. Res ſatis incerta.

Threni quid habeant proprium circa litteras alphabeticas.

Hoc eodem genere ſcribendi per verſus inchoatos ab alphabeti litteris, conſtant etiam Threni Jeremiæ, in quorum tertio capite unaquæque littera tribus verſibus initium dat; & caput trigeſimum primum libri Proverbiorum. Hoc habent Threni proprium, ut inter ſcribendum Latinè, recitandumque exprimantur litterarum nomina in Bibliis & in officio divino. Cujus rei rationem Petrus Figuerius quia non videt, vellet auctoritate Pontificia prohiberi. Conatur Michael Timotheus *a* aſſignare cauſſam ex ipſarum litterarum Hebræarum, quam in ſe earum nomina continent, ſignificatio. Eſt etiam verum ex dictarum ſingularum notione litterarum colligi poſſe cum Euſeb. *b* & Hieron. *c*, hanc veluti ſententiam; quòd lex divina eſt diſciplina (hinc litteræ primæ inchoat notio) ſeu doctrina: domus: & plenitudo librorum, in ipſa vivit, vivens: bonorum principium in ipſa tu diſce: ex ipſis præceptis ſempiternum auxilium: fons, os, oculus juſtitiæ: vocatio capitis: medicamentum ſuper vulnus: ſignum. Lege Sixtum *d* Senenſem.

a in Quæſt. 69. in Divinum officium, q. 78. & ſeqq. b 9. de Præp. Evang. c. 4. l. 10 c. 2. c Ep. 115. & In Thren. d 3. Bibliot. de elementaria expoſitione.

Litteræ initiales verſuum quid denotent in Threnis.

Ajunt ut Lamentationibus Jeremiæ litteras initiales verſuum denotare ignorantiam notiſſimarum rerum, qualis paſſio Chriſti, quæ cauſſa eſt captivitatis Judeorum & cujus tot extabant in eo beneficia. Idem poſſet ſecundùm analogiam affirmari de aliis; atque de ignorantia, quam iidem habent librorum ſacrorum, qui recenſentur viginti duo, quot ſunt in alphabeto litteræ.

Mos Hebræorum creditus.

Videtur mos Hebræorum fuiſſe res notatu magis dignas, ſive lætæ eſſent, lugubres, ſive utiliores, memoriaque, quam ſeries juvat litterarum, digniores, hoc litterarum ordine ſcribere, atque decantare, & tamquã abecedariis, ſeu elementariis pueris tradere, ut indicat Rupertus *e*. Quo pacto & Paulus *f* aſſerit de Hebræis, quòd quum deberent *eſſe magiſtri propter tempus*, rurſum indigerent, ut docerentur, quæ eſſent *elementa exordii ſermonum Dei*. Vocat *elementa, litteras*, ſτοιχεῖα, ſcilicet prima redimenta Evangelicæ doctrinæ, quæ Cathecumenis tradebatur, & non tantum, ut tamen exponit Chryſoſt. aliique Græci *g*, ea, quæ pertinerent ad Humanitatem Chriſti, quaſi tacita divinitate traderentur ea primùm rudioribus. Hieron. Præfatione Threnorum ſcribit, quo modo in noſtris litteris non poteſt quis ad legenda verba, texendaque procedere, niſi priùs ab elementis cœperit: ita in Scripturis div. nos non valere ea, quæ majora ſunt, noſſe, niſi ab Ethica in ipſis habuerimus exordium, ſecundùm illud, quod Propheta dicit *h*: *A mandatis tuis intellexi*, quòd videlicet poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum. Anſelmus *i* docet quòd Pſalmi, qui litteris prænotantur, per Ethicam ducant nos ad Theologiam, & ab elementis occidentis litteræ quæ deſtruitur, tranſire faciant ad Spiritum vivificantem.

e l. 1. in Ier. c. 12. f Heb. 5. 12. Vocis elementa apud Paulum, expoſitio. g ibidem. Quomodo ad Scripturarum div. notitiam perveniatur. h Pſ. 118. 104. i In 2. Ep. ad Coloſſ.

Hector Pintus negat aliud in litteris ineſſe myſterium diſputans de Jeremiæ lamentationibus, & Bellarminus etiam de ceteris in Paraphraſi manuſcripta præſenti loci. Similis quædam ratio verſuum acroſtichorum, quos ediſiſſe creduntur Sibyllæ, quales, quorum primæ litteræ ſimul efficiebant ἰχθύς, quod *piſcem* ſignificat, & ſingulæ nomina illa. Ἰησοῦ Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς, Σωτὴρ, *Jeſus Chriſtus Dei filius, Salvator*. Similis præterea, quem Sedulus hymnum compoſuit:

Acroſtichi verſus.

A ſolis ortus cardine, &c.
Beatus Auctor ſæculi; &c.
Caſtæ parentis viſcera, &c.

Similia quoque Græca quædam carmina Nazianzenus edidit, & Auguſt. Pſalmum contra partem Donati. Cavenda in his nimis anxia perveſtigatio, Et fieri poteſt ut quoddam genus carminis eſſet, quo delectarentur Hebræi, quodcumque tandem illius argumentum foret. Legi poſtea hac ipſa de re Delrium noſtrum in cap. 1. Threnorum. Thedulphus *k* Aurelianenſis Epiſcopus præcipit hunc quotidie Pſ. 31. vel 50. idque quanto ampliùs poſſumus facta confeſſione cum gemitu & lacrymas Domino in oratione.

k in Ep. c. 30.

Oratio. Elevatio, quid ſint. l 3. de Fide c. 23.

Ad te Domine levavi animam meam.) Hieron. *levabo*. Chal. *Coram te Domine animam meam levabo in oratione*. Eſt quippe *Oratio*, finitore Damaſc. *l*, mentis ad Deum elevatio, ſive aſcenſus, aut eorum à Deo poſtulatio, quæ poſtulari convenit. *Elevatio* porrò eſt ex imo miſeriæ, erroris ignorantiæ peccati, amoris inferiorum rerum ab omni ſpe, quam hic inferiùs reperire quis poſſe viderentur. Denique *levare animam ad Deum* idem cenſetur, quod ſperare, & ad ejus expectationem veluti ſuſpenſum ſtare, ita ut ſynonymum ſit, (quemadmodum ſæpè contingit in Pſalmis) cum eo quod ſequitur, *Deus meus in te confido*: ſic verè *tollere animam alicujus*, eſt expectationem ſuſpenſam tenere *m*. *Quouſque animam noſtram tollis?* (αἴρεις) dicebant Chriſto Judæi, oſtendentes non modò ſe adhuc ſuſpenſo animo, ſed etiam valdè cupere ut ipſe ſit Chriſtus tamen adhuc non credere, quia nondum ſe clarè aperuiſſet Chriſtum eſſe. *Levare* ad terram quamdam, *animam*, dixit Jeremias *n*, quod explicant Lxx. per εὔχεσθαι ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, *optare animabus ſuis*. Quamvis Chald. declaretur per *ſeducendi* verbum; quaſi ſeducerentur, ac fallerentur. Poſtremò *levarem animam* poſſet denotare cum prece votum, ſive oblationem, animæ ejuſque tamquam depoſiti traditionem, quo pacto declarant Baſil. ac Theodoretus. Attamen benè cohæret cum fiducia in Deum, demiſſio, propter quam Publicanus verebatur oculos ad cœlum levare *o*, quum alioqui dejectionis, deſperationiſque animi, vultus abiectio in terram, index ſit; & contrarii affectus levatio capitis, oculorumque, ut aliàs dixi. *Sublevat ad iniquitatem alterius animam p*, qui iniquum, in ſua etiam iniquitatem perſiſtentem, benè ſperare jubet, & animos addit. Vel, accipiendo pronomen reciprocè, *ſublevat animam ſuam*, ideſt, cupit, & avidè expectat, quaſi lucrum inde ſperans, h. e. ex iniquitate.

Levare animam ad Deum quid. Tollere animam alicujus quid ſit. m Jo. 10. 24. n c. 22. 27. o Luc. 18. 13. p Oſe. 4. 8.

Repetitur eadem phraſis in aliis Pſalmis, * *Beatus qui hoc poteſt dicere*, ait Gregor. *q*, *Beatus planè, quem iniquitas non onerat, non revocat delectatio, non inclinat voluptas, quem non gravat cupiditas, non deprimit opulentia, non trahit ambitio, ſicut ſcriptum eſt r*: *Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*. Similis formula *levandi cor ad Deum ſ*, vel *oculos* ad eumdem *t*, aut ad cœlum *u*, aut *cum manibus ad Dominum in cœlos x*. Urbanus Papa III. hunc pro ſymbolo verſum *y* uſurpavit.

* Pſ. 85. 4. Pſ. 142. 8. q in Pſalmum ult. pœnit. r Pſ. 83. 6. ſ Jer. 51. 1. t Pſ. 120. 1. u Dan. 4. 31. x Thren. 3. 41. y Alphonſus, Ciaconus in vita.

Verſ. 2.) Deus meus in te confido, non erubeſcam.

PRius membrum videtur ſynonymum præcedentibus verbis, nec refert quod Hebraicè ſit tempus præteritum: vel namque interdum idem, ac præſens. Quod attinet ad ſecundum *erubeſcam* eſt optativi modi, μὴ καταισχυνθείην, quam vim quoque habet particula Heb. אל *al*, præfixa verbo futuri licèt temporis כאושה *euoſchath*. Patet id quoque ex ſevuentis verſus verbo ſimilis formæ. *Neque irrideant*.

Quid autem ſit *non erubeſcere*, aut *non confundi*, quando quis aliquid ab alio petit, docui Pſalmo vigeſimo primo *z*. Spes in Deum non confundit *a*, nec erubeſcit qui ſperant in Deo *b*. Præſidens, ac præſumens de ſeipſo, fruſtatus falſuſque ſpe propria, rubore ſuffunditur, dum, exempli cauſſa, quod affert Auguſtinus, à minutiſſima quoque beſtiola mortem timet, facile ſternitur ab hoſte: pudet eum turpis vitæ, ex qua fructum nullum refert *c*: ſed quod eſt peccati proprium, ſtipendium *d* mortis.

z v. 6. a Rom. 5. 5. b Pſ. 24. 20. Pſ. 30. 2. c Rom. 6. 21. d ibid. 23.

Rectè porrò conſentit non erubeſcere, cum confidentia, & levatione animæ ad Deum; quia ut proximè notatum eſt, præditus fiducia, erecto & exporrecto vultu eſt, hilaris, alacer: deſperans & pudibundus humi reſpectat prono capite, oculiſque. Ceterum Latino quoque ſermone *pudefieri*, aut *erubeſcere* dicitur quis, quando ſpe fruſtratur.

Erubuit nempe hac ceu faſtidita repulſa.
Mulier ſæviſſima tunc eſt,
Quum ſtimulos odio pudor admovet.

In codicibus Græcis Regiis Complutenſibus, & aliis, additur: τὸν αἰῶνα, *in æternum*: quæ Euthymius quoque legit, exponens tum præſens tum futurum ſæculum, aut numquam. In emendatis libris non eſt, nec in textu Hebræo, nec alii Patres Græci legunt.